Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

apostolus loquitur dicens: Disponsaui uos uni uiro uirginem castam exhibere xpo. quam & hanc uisionem tichonius non de uirginibus specialiter tantum sed de cuncta generaliter interpretatur ecta hi emti sunt ex omnibus primitiae deo & agno; redempti pretio sanguine xpi ut apostolus ait. emti enim estis pretio magno glorificate & portate dnm in corpore uro hae primitiae de illo sco & inmaculato ecclesia grege quasi sciores priores q; hostiae pro uoluntate suae meritis abspusco eliguntur. et in ore ipsorum non est inuentum mendacium; quod dixit non fuit in ore eorum mendacium sed non est inuentum. sic apostolus dicit. & haec quidem fuistis sed ablati estis & iniquitas iniusti non nocebit ei qua die conuersus fuerit ab iniquitate sua & potest esse uirgo. & dolus in ore eius non inuenitur uirgines enim castos dicit & pudicos. sine macula sunt ante thronum dei. sine macula hoc est sine peccato. tunc enim iusti inmaculati sunt quando indulgentiae munere consecuntur sicut prophetia dicit lauabis me & supniuem dealbabor. Beati ergo inmaculati qui in uita aeternam merentur intrare; SEC SCI EUC SEC MATHEUM

Angelus dni apparuit in somnis ioseph dicens surge. &c cetera.

Non dicit tuum puerum neq; mulieris sed speciali priuilegio solus nomen pueri ponitur; sequitur: & matrem eius; non eni dicit accipe uxorem siue coniugem tuam sed matrem eius, uerus enim pater eius est in caelis. Quia babillon atque egyptus pre omnibus terris principius ostendit. quia utramque emendatus est &. & igne potius fidei succensurus. addiscitur quoque quod ab ipsis uitae initiis ad temptationes debeat atque insidias prepari. quam statim ut ortus est contra eum tyrannus fuit. & in aegyptum fugit. & mater innoxia in barbarorum regionem fugatur. & iam non dicitur accipe coniugem tuam sed matrem eius. quia absoluto per signum partum omnis explosa suspicio est. et fuge in aegyptum & esto ibi usque dum dicam tibi. futurum est enim ut herodes quaerat puerum adpendum.

Possumus quoque odium herodis quo perdere ihm uolunt super persecutionibus quae apostolorum sunt temporibus factae iniudea specialiter accipere quando inualescente inuidia predicatores sunt uerbi poene omnes expulsi de prouincia & in gentibus praedicaturi sunt. longe lateque dispersi. sicque factum est ut gentilitas quae per aegyptum